

ptione. Sed quia non debuit pluries mori: ideo q̄ illa vna
mors satisfecit pro omnibz peccatis factis z fiendis: ideo su-
fecit q̄ illam hostiam sui corporis quondam pro nobis semel
immolatam moriens relinqueret quotidie a nobis p̄ residu-
is delictorum misice offerendam deo patri pro commutatio-
ne nostre mortis cui sumus quotidie obnoxii per peccatum.
Unde augustinus. Iterat̄ quotidie hec oblatio: licet christus
semel passus sit p̄ nobis quia quotidie peccamus peccatis si-
ne quibus mortalis infirmitas vivere non potest. Et q̄ quo-
tidie labimur: quotidie christus pro nobis immolatur misice
Propter hoc quidquid agitur in missa et om̄s ornatus z ceri-
monie nihil aliud representant: nisi christi passionē. Ob hoc
super omnia est necessaria in missa mortis christi memoria. Un-
de ipse christus mathei. xvi. Hoc facite in meam commemo-
rationem Et apostolus ad corinthios tertio. Quotiescunqz
manducabitis panem hunc z calicem bibetis: mortem domi-
ni annuociabitis donec veniat / scz ad iudicium. Cum ergo
accedis: dic ex toto corde. Ecce celestis pater recolēs illā mor-
tem vnigeniti tui. Offero tibi ostiam hāc quam ipse tibi ob-
tulit p̄ mea: z totius mundi salute. Ecce ad altare tue maie-
statis transmitto oblationem viuam: quam tu ī miseratione
multa misisti ad altare crucis p̄ nobis immolandā Recordare
illius sacro sancti sudoris quasi gutte sāguinis decurrētis
in terram Respice illam virgineam carnem verberibus cru-
deliter flagellatā: sanguine cruentatam: spinis pforatā: cla-
uis pfixam lancea vulneratā. Illa ergo pietas que filiū tuū z
traxit et vicit vt in statera crucis totius mundi pctā liberares
ipsa te cogat pater misereri nobis miseris Respice obsecro
nō nostra peccata sed in faciem christi tui Non enī in iustifi-
cationibus nostris posternimus preces ante faciem tuam sz
in multitudine miserationum tuarum. Secundo si vis ad
amorem accendi z in flamari: psidera illius sacri corporis
ostionem dulcissimā: et vnde q̄ bonus et suavis ē spiritus
sc̄lus in nobis: quā congrua et vtilia prouidit pater noster ce-
lestis viuificantia elementa. Quia enim rationalis creatura
sua ad hoc facta est: vt sit capax et particeps bonitatis dei.
A.iiii.

*Memoria
mortis christi*

*Oratio
celestis*